

†  
IHS

# BOLETIN OFICIAL

DEL  
OBISPADO DE MENORCA

EPOCA IV

2 ENERO 1952

NÚMERO 1



## ALOCUCION PASTORAL

SOBRE EL PRÓXIMO CONGRESO EUCARÍSTICO INTERNACIONAL

**E**L Congreso Eucarístico Internacional, grande acontecimiento religioso que, Dios mediante, tendrá lugar en Barcelona, del 27 de Mayo al 1.º de Junio, ha de despertar creciente interés en esta nuestra Diócesis, donde, gracias a Dios, se vive intensa vida eucarística.

Del Congreso viene tratando en repetidas y sabias Cartas Pastorales el venerable señor Obispo de Barcelona. En una de ellas, al señalar las ideas que inspirarán las actividades, cultos y fiestas del Congreso, dice: «Su Santidad el Papa Pío XII se dignó dar su augusta aprobación al tema central del Congreso: «La Eucaristía y la Paz», que se ha desdoblado en los siguientes temas fundamentales, los cuales serán objeto de estudio y deliberación del Congreso: 1) La Eucaristía y la Paz individual, 2) la Eucaristía y la Paz familiar, 3) la Eucaristía y la Paz social, 4) la Eucaristía y la Paz internacional, 5) la Eucaristía y la Paz de la Iglesia». Además de dar una idea general y sintética de esa paz que será «objeto de estudio y de plegarias del Congreso, y exponer la manera cómo tal idea ha de inspirar todo el desarrollo del mismo», ha dispuesto también la publicación de un detalladísimo temario para estudios que ilustren la piedad y susciten y recojan prácticas iniciativas; temario



tan rico que ciertamente podrá quedar como orientación de muchos otros trabajos ulteriores. Expresa asimismo el celoso Prelado la confianza de que alcanzará el Congreso «plenamente sus nobles y santos fines, siendo no sólo una espléndida manifestación de fe y de piedad eucarísticas, una apoteótica glorificación de Jesucristo Sacramentado y una plegaria fervorosa e ingente por la paz, sino también, para mnchísimas almas, una profunda renovación religioso-moral, una fuerte inyección de vida sobrenatural».

Pequeña es nuestra Diócesis y escasa resultará siempre nuestra aportación; pero sea ya desde ahora fervorosa la oración de todos para que este Congreso, celebrado en las actuales críticas circunstancias, tenga en nuestra patria y en las otras naciones una duradera influencia que supere aun la de los otros Congresos Eucarísticos. Procuraremos tengan pronto todas las parroquias el sobredicho temario, e indicaremos otros subsidios para la predicación sobre el Congreso.<sup>1</sup> Publicamos las dos oraciones compuestas en preparación del mismo, las cuales se dirán respectivamente: una, en las iglesias durante la Felicitación Sabatina y los domingos después del Rosario; y la otra, en las escuelas una vez en la semana.

---

En los lienzos del baldaquino de nuestra Iglesia Catedral, reconstruída litúrgicamente el año 1941, hicimos poner, para ilustración de la gran profecía eucarística de Malaquías, el planisterio, marcando en él los lugares de las diferentes partes del mundo, «a solis ortu usque ad occasum», donde hasta aquella fecha se habían celebrado Congresos Eucarísticos Internacionales. ¡Cuán grato será poder también señalar allí el que se prepara en Barcelona!

Ciudadela, 2 de Enero de 1952.

† EL OBISPO.

1. A este fin, acúdase a la Oficina de Propaganda (Comisión de Predicación: Rosellón, 209-Barcelona), donde pueden adquirirse folletos de temas de predicación, lecciones de catecismo y círculos de estudios, etc.

## ORACION

POR EL CONGRESO EUCARÍSTICO INTERNACIONAL QUE, POR VOLUNTAD DE SU SANTIDAD EL PAPA PÍO XII, SE CELEBRARÁ EN BARCELONA DEL 27 DE MAYO AL 1.º DE JUNIO DE 1952

¡Señor y Dios nuestro! A Vos acudimos con plena confianza, implorando copiosas bendiciones sobre el Congreso Eucarístico Internacional, para que sea lo que todos vivamente deseamos: apoteosis de la santísima Eucaristía y eficaz plegaria por la Paz.

Queréis, ¡oh Padre eterno!, ser glorificado en vuestro divino Hijo Jesús, destello de vuestra gloria; también nosotros queremos glorificaros, creyendo en El, amándole y adorándole presente con real, verdadera y activa presencia en el augustísimo Sacramento del altar.

Haced, Señor, que nuestro homenaje sea expresión fiel de sincera piedad eucarística y del amor de nuestros corazones a Jesucristo sacramentado.

¡Oh Dios de paz!, que en la noche más luminosa de cuantas registra la Historia enviasteis multitud de ángeles que anunciaran, entre nubes de gloria y con himnos de paz, el Nacimiento del Salvador del mundo, del Príncipe de la paz,

por esa paz cristiana clamará la multitud innumerable de fieles de todo el mundo católico que, en el Congreso de Barcelona, dirigirán su mirada, llena de fe, y sus instantes preces, henchidas de esperanza, a la Hostia santa, divino tesoro y fuente perenne de unidad, de amor y de paz.

No por nuestros méritos, Señor, no por nuestros méritos, sino por los de Jesucristo, Víctima propiciatoria en el altar; de su santísima Madre, Corredentora y Medianera universal, proclamada Patrona del Congreso bajo la advocación de Montserrat, y por la intercesión de San Pascual Bailón, celestial Patrono de los Congresos Eucarísticos,

haced, oh Dios omnipotente, que la paz justa, la paz integral, la paz verdadera, objeto constante de las oraciones, trabajos y desvelos de nuestro santísimo Padre el Papa Pío XII, reine en las almas por la unción de vuestra gracia, en las familias por su vida ajustada a los santos preceptos del Evangelio, en el mundo del trabajo por la exacta observancia de la justicia y por la efusión de la caridad sobre los más necesitados de protección, y entre las Naciones por el imperio de vuestra santa Ley en sus mutuas relaciones.

Todo ello, ¡oh Señor y Padre nuestro!, a gloria y honor de Jesucristo sacramentado, para incremento y libertad de la Iglesia, para la salvación de las almas y para alivio y remedio de los males que hoy afligen y amenazan al mundo. Amén.

## II

### PLEGARIA

DE LOS NIÑOS POR EL CONGRESO EUCARISTICO INTERNACIONAL

¡Oh Jesús sacramentado!, llenos de alegría están nuestros corazones por el homenaje que el mundo católico se dispone a tributaros en Barcelona a Vos, que sois nuestro mejor amigo.

Con todo el fervor de nuestras almas deseamos contribuir a ese homenaje para corresponder a vuestro amor.

Quisisteis estar muy cerca de nosotros; también nosotros, vuestros predilectos, queremos estar muy cerca de Vos, oh buen Jesús.

Ofrecemos nuestras humildes oraciones para que el Congreso Internacional os dé mucha gloria y santifique a muchas almas.

Seáis, oh Jesús, en la santísima Eucaristía, el centro de todos los corazones; vuestro amor reine en el mundo; todos los hombres os amen y se amen entre sí, y fruto de ese amor sea la paz que, con nuestro santísimo Padre el Papa Pío XII, vivamente anhelamos.

Por los méritos de vuestra Madre y Madre nuestra, la san-

tísima Virgen, escuchadnos, ¡oh Cristo Jesús!, que con el Padre y el Espíritu Santo vivís y reináis por los siglos de los siglos. Amén.

---

JUNTA DIOCESANA DEL XXXV CONGRESO EUCARÍSTICO INTERNACIONAL DE BARCELONA

---

Presidente: Ilmo. Sr. D. Mateo Bosch, Vicario General.

Vice-Presidente: M. I. Sr. D. Antonio Tutzó, Chantre, Arcipreste de Mahón.

Secretario: Rdo. D. Fernando Coriés, Beneficiado.

Vice-Secretario: Rdo. D. Enrique Cardona, Consiliario de los Hombres de A. C. de Mahón.

Vocales: Rdo. D. Pedro Salord, Director de las Marías de los Sagrarios de Ciudadela; Rdo. D. Jaime Cots, Director de las Marías de los Sagrarios de Mahón; Rdo. P. Superior de los Salesianos; Rdo. Hno. Director de las Escuelas Cristianas de Mahón; 4 Presidentes de los Consejos Diocesanos de Acción Católica; Sr. D. Fernando Jansá, en representación de la Adoración Nocturna y de la Prensa.

El Secretariado está en las Oficinas de la Curia Episcopal.

## COLLATIONUM

THEMATA MORALIA, LITURGICA, DOGMATICA, EXEGETICA

## I

Darius, in Italiam profectus plurimas merces a Laurentio ibidem emit, pretio nondum statuto, sed in Hispania statuendo a Petro. Rebus ita conventis, dum merces in Hispaniam asportantur, casu fortuito pereunt.

Quaer.—Cui pereant, Petro an Dario?

§ Quomodo et quo ritu ministranda sit Extrema Unctio in casu mortis vel imminentis vel apparentis, et quae tunc prius faciendum an absolutionem an vero sacram unctionem ministrare?

§ De hominis creatione deque humani generis unitate.

§ Evangelium Vigiliae Sti. Joannis (Lucas 1, 5-17).

## II

Leontius, constitutus in gravi periculo mortis, metuens sibi superesse modicum temporis, exponit quidem peccata sua distincte quoad speciem, ex. gr. «commissi plura perjuria», sed non quoad numerum. Nunc, cum convaluerit, suaeque velit animae prospicere, petit a confessario an teneatur iterum confiteri, exprimendo etiam numerum.

Quaer.—Quid responderet confessarius?

§ De iis quae clara aut submissa voce aut secreto dicenda sint in Missa.

§ De iustitia originali protoparentibus collata.

§ Evangelium F. Annuntiationis (Lucas 1, 26-38).

## III

Bonifatius se accusat saepius audivisse amicos inter se graviter detrahentes famae modo unius, modo alterius, non se retrahendo a tali auditione, ob humanum respectum, absque eo quod tamen illos excitaverit ad detractionem vel de hac sibi complacuerit. Post confessionem petit a confessario an sic detrahentes audire sit peccatum mortale.

Quaer.—Quid respondendum?

§ De genuflexionibus, inclinationibus et de osculis in Missa occurrentibus. Quid de iis notandum in Missis de Requie et coram Sanctissimo exposito celebratis tum privatis tum solemnibus.

\* De protoparentum peccato.

\* Evangelium F. Nativ. Sti. Joannis (Lucas 1, 57-68).

#### IV

Sempronius donavit venenum Bertae conjugatae cum qua plura scienter patraverat adulteria, firmiter tenens eo uti velle ad occidendos mures quos ei valde noxios esse sciebat. Berta cum esset quadam die graviter a marito verberata ei tradidit tale venenum, ex quo periit; modo vult contrahere matrimonium cum Sempronio.

Quaer.—An possit?

\* De crucis efformatione in celebratione Missae, necnon de manuum junctione, elevatione, extensione et separatione.

\* De peccati originalis existentia in Adae posteris.

\* Evangelium Missae Aurorae in Nativ. Dom. (Lucas 2, 15-20).

#### V

Hilarius, rusticus, in confuso exponens in confessione se turpia cum sociis habuisse colloquia, pluries jurasse et similia, interrogatur a confessario circa gravitatem et numerum peccatorum, cui respondet, nunquam se in aliis confessionibus talia expressisse, nec de iis ab alio confessario, nuper defuncto, fuisse interrogatum.

Quaer.—An novus confessarius debeat poenitentem obligare ad praeteritas confessiones repetendas?

\* Ritus ministrandi Baptismum a sacerdote in casu instantis mortis et quomodo ejus caeremoniae postea in ecclesia suppleantur.

\* De peccati originalis effectibus in praesenti et in altera vita.

\* Evangelium fer. VI post. Pentec. (Lucas 5, 17-20).

## VI

Julia, cum plures filios jam habeat quos alere et educare vix potest, ne majori numero gravetur renuit marito obedientiam quoad jus matrimoniale.

Quid dicendum de Julia?

Titius poenitens exponit confessario peccatum tres annos ante commissum, nunquam tamen prae rubore confessum.

Quaer.—Quomodo confessarius procedere debeat cum hoc poenitente ut rite confiteatur?

\* De sacris paramentis: de eorum qualitate et benedictione; quibusnam haec benedictio reservata sit.

\* De originalis peccati natura et transgressione.

\* Evangelium Dom. infra Oct. Nativit. (Lucas 2, 33-40).

## VII

Rupertus, dubitans an esset media nox, tamen comedit; Basilus vero certo quidem in media nocte a comestione cessavit, sed inter horologia hanc indicantiam delegit ultimum.

Quaer. An uterque possit ad communionem accedere?

\* Notio et distinctio inter ecclesiam et oratorium sive publicum, sive semipublicum, sive privatum, ac de eorum benedictione.

\* Jesus Christus vere est Deus et verus et integer homo.

\* Evangelium IV Dom. Adv. (Lucas 3, 1-5).

## VIII

Sergius, sacerdos, nullam fere praeparationem Sacro praemittens, ut plurimum distracte celebrat, et raro habet intentionem actualem consecrandi.

Quaer.—An graviter aliquando peccaverit?

Nemesius filius-familias conscius quod suus pater plura legaverat ad pias causas, importunis precibus eundem induxit ad mutationem testamenti, et ad reliquendum ipsum haeredem absque ullo onere.

Quaer.—An peccaverit, ac teneatur aliquid restituere iis, quibus pater prius legatum reliquerat?



\* Indultum celebrandi Missam in oratorio domestico: a quo obtineri debeat; conditiones requisitae ut in ipso Missae celebrari possint et quinam in eo adimplere valeant praeceptum audiendi Missam. Sumarium de privatis oratoriis in Bulla Cruciatæ.

\* De unione divinitatis et humanitatis in Christo.

\* Evangelium Solemn. Sti. Joseph (Lucas 3, 21-23).

## IX

\* Nicolaus, infamatorii quidem, sed veri criminis fuit accusatus, ac per justam iudicis sententiam condemnatus. Tractu tamen temporis illius infamia abiit in oblivionem.

Qaer.—An, sine gravi leasione caritatis et justitiæ, possit quis delicti conscius illud ignorantibus manifestare?

\* Altare fixum et altare mobile: eorum notio atque conditiones. Quomodo consecrationem amittant.

\* Duæ sunt in Christo voluntates duæque operationes.

\* Evangelium f. II post III Dom. Quadr. (Lucas 4, 23-30).

## X

Leontius refert aliis auditum grave crimen alterius, testificando tamen se illud referre, non ut verum sed ut auditum.

Qaer.—An talis rrelatio sit vera detractio restitutioni obnoxia?

\* Altare portatile. Altare privilegiatum: locale et personale; requisita ad locale et quomodo cesset privilegium. Conditiones ad lucrandam indulgentiam huic privilegio adnexam.

\* De unica in Christo filiatione et de ejusdem Christi unica adoratione.

\* Evangelium IV Dom. post Pentec. «Lucas 5, 1-11).

Ad thema exegeticum breviter et precise notentur practici conceptus homiletici ex intimo sensu textus sacri et ex usu liturgico deprompti.



## COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

### INSTRUCTIO

AD EXC.MOS ORDINARIOS LOCORUM ET SUPREMOS RELIGIONUM MODERATORES, REV.MOS SEMINARIORUM RECTORES ET SACRAE SCRIPTURAE LECTORES: DE SCRIPTURA SACRA IN CLERICORUM SEMINARIIS ET RELIGIOSORUM COLLEGIIS RECTE DOCENDA.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. XII, Summus Pontifex feliciter regnans, ut quinquagesimum post editas encyclicas litteras *Providentissimus Deus* digne recoleret exeuntem annum, litteras item encyclicas *Divino afflante Spiritu* d. d. 30 septembris 1943 edidit. Postquam Summus Pontifex luculenter demonstravit, quid Praedecessores sui his decem lustris ad studia biblica promovenda naviter fecerint, omnes tam praesules quam fideles graviter monuit, quantum eadem in Ecclesia valeant, quaque ratione providendum sit, ut et ipsa haec studia prospere proficiant et ad regnum Dei inter homines dilatandum efficaciter iuvent, itemque sapienter statuit et praecepit qua via et ratione essent in dies magis colenda et perficienda.

Ut quae Summus Pontifex commendata et sancita voluit, summa cura et fidelitate ad effectum perducantur, Pontificia Commissio de Re Biblica opportunum censuit eadem proprio modo applicare ad disciplinas biblicas in Clericorum Seminariis ac Religiosorum Collegiis docendas, in quibus tradi nequeunt illa amplitudine qua in Facultatibus theologis et Institutis peculiaribus proponuntur. In his enim illi formantur magistri quorum erit et futuros sacerdotes scientia sacra instituire et illas ipsas disciplinas profundius investigare, quae formatio propria erit paucorum. In Clericorum autem Seminariis et Religiosorum Collegiis ii parantur qui futuri sunt sacerdotes et gregis dominici pastores quarumque erit populum catholicum veritates fidei docere ac divinam revelationem contra incredulorum impetus tueri.

Non raro proximis decenniis Summi Pontifices disertis ver-

bis inculcarunt, quanta cum cura Locorum Ordinarii et Supremi Religionum Moderatores tam exhortatione quam auctoritate providere teneantur, ut in Clericorum Seminariis et Collegiis Religiosorum Sacrae Scripturae studia «iusto in honore consistent vigeantque» (1), ut Leo XIII imm. m. scripsit, ibique Divinae Litterae ita tradantur, «quemadmodum et ipsius gravitas disciplinae et temporum necessitas admonent» (2).

Nuper vero Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. XII felic. regn., decessorum admonitiones complectens suaque auctoritate confirmans, graviter monuit a sacerdotibus in cura animarum constitutis Libros Sacros neutiquam recte et cum fructu exponi et illustrari posse, «nisi ipsimet, dum in Seminariis commorati sunt, Sacrae Scripturae actuosum ac perennem imbiberint amorem. Quare sacrorum Antistites, quibus Seminariorum suorum paterna incumbit cura, diligenter vigilant, ut in hac quoque re nihil omittatur, quod ad eiusmodi finem assequendum iuvare possit» (3).

At illo tempore quo tot nationes calamitatum et ruinarum pondere opprimebantur, Ordinarii quoque locorum et Seminariorum Rectores, cotidianis vitae et incolumitatis curis distenti, huic negotio fortasse minus efficaciter operam dare potuerunt quam rei gravitas atque monumentum postulant. Verum nunc, silentibus iam armis, haec Summorum Pontificum monita ac iussa in memoriam redigenda ac denuo inculcanda videntur, ut solerti Moderatorum cura ac diligenti magistrorum opera futurorum sacerdotum de Sacris Libris institutio fervide instauretur ac promoveatur, quo efficacius fideles ad saluberrimos vitae christianae fontes reducantur mundusque tam dire afflictus denuo imbuatur ac perfundatur doctrina Christi qui, ipseque unus, fons est libertatis, caritatis, pacis.

(1) Litt. encycl. *Providentissimus*; *Ench. Bibl.* n. 118.

(2) *Ibidem* n. 88; cfr. etiam n. 99; Pius X, Litt. apost. *Quoniam in re biblica*, d. d. 27 martii 1906; *Ench. Bibl.* n. 155.

(3) Litt. encycl. *Divino afflante Spiritu*, A. A. S. 35 (1943), p. 321.

## I. DE MAGISTRO REI BIBLICAE

Ad studia biblica in Clericorum Seminariis et Collegiis Religiosorum rite instauranda et promovenda potissimum opus est magistris qui ad hanc disciplinam omnibus aliis sanctiorem et sublimiorem rite docendam omni ex parte sint idonei.

1. Vix opus est monere S. Scripturae magistrum debere inter ceteros vita et virtute sacerdotali excellere immo etiam plus ceteris, cum Verbi Dei intima cotidie fruatur familiaritate.

2. Praeterea autem debita oportet instructus sit rerum biblicarum scientia quam serio studio comparaverit et continuo labore conservet et augeat (4).

a) De doctrinae rite comparatae copia et indole ut certius constare possit, id quod Pius XI s. m. sapienter statuit, hodie quoque ratum atque validum habetur, ne quis Sacrarum Litterarum in Seminariis magister sit, «nisi confecto peculiare eiusdem disciplinae curriculo, gradus academicos apud Commissionem Biblicam vel Institutum Biblicum adeptus legitime sit» (5).

(Continuará).

---

(4) Cfr. LEO XIII, Litt. encycl. *Providentissimus*; *Ench. Bibl.* n. 88.

(5) Motu proprio *Bibliorum scientiam*, 27 aprilis 1924; *Ench. Bibl.* n. 522.

---

SUMARIO: Alocución Pastoral sobre el próximo Congreso Eucarístico Internacional.—Oraciones por el mismo.—Junta Diocesana del Congreso.—Temas para las Conferencias del Clero.—Instrucción de la Comisión Pontificia de «re biblica».